I. DRVSII

authoris damnati opus permissum

QVAESTIONVM EBRAICARVM LIBRI TRES.

In quibus innumera Scripturæ loca explicantur aut emendantur.

Editio ſecunda melior & auctior.

CONSILIO

NVMINIS.

FRANEKERÆ,

APUD AEGIDIUM RADAEUM Ordinum Friſiæ Typographum.

1599.

BIBLIOTECA UNIVERSITARIA SALAMANCA

[redacted]

IACOBO BASELIO IVNIORI, amico ſuo.

ORnatiſſime vir, partim ex litteris, quas ad me dediſti, partim ex narratione collegæ tui, viri diſertiſſimi, Marci Zuerij: ſed imprimis ex munere verè munifico, quo Senatus veſter eccleſiaſticus me donauit (quo nomine immortales ei gratias ago agãq́; dum viuam) ſatis perſpexi quo ſis animo erga labores meos.

I. DRUSII IN LIBRUM PRIMUM QUAESTIONUM EBRAICARUM PRÆFATIO

Ad Cl. v. PETRUM VILLERIUM Theologum.

ACcipe libellum, Villeri, ab amico vetere nouum: dico nouum, quia multa continet non obſeruata ab aliis. Inſcripſi, Quæſtiones Ebraicæ, non ſine autore: fecit ante me B. Hieronymus, fecere alij: quorum exemplum, ſi licet magna cum paruis comparare, in argumento non diſſimili ſecutus ſum. Quæ tracto, pertinent maximè ad Grammaticam. Nam quæ altioris ſunt ſcientiæ, mihi non arrogo. Scio illud, Non ſum Propheta, neque filius Prophetæ. Spero autem qualiacunque hæc noſtra ſint, non inutilia forè ſtudioſis literarum ſacrarum: tibi quidem, pro tua in me beneuolentia, niſi ſi alia eſt, quam olim fuit,